



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

*QVAM MALE MVLTIS CESSE-
rit consuetudo Ludendi aleis.*

CAESARIUS in lib. exemplorum sui seculi
ait: In Susato, quæ ciuitas est Colonien-
sis diœcesis, miles quidam Thyemo nomine
habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tesse-
rarum, vt non die, non nocte quiesceret: sem-
per sacculum cum nummis secum portabat vt
secum ludere volentibus obuiaret. Ita in lu-
dis expeditus & fortunatus erat, vt vix ali-
quis ab illo sine damno recederet. vt autem
posteris ostenderetur, quantum Deo tales
ludi in quibus iræ, inuidia, rixæ & damna
suscitantur & peccati verba rotantur, con-
trarij forent, permillum est diabolo vt cum
eo luderet, qui multos illuserat atque euif-
cerat, qui multorum marsupia euacuâ-
rat. Noctē ergo quadam domum eius in spe-
cie hominis cuiusdam ludere volentis in-
trans, saccellumque nummis refertum sub
ascella portans ad tabulam sedit, denarios li-
beraliter apposuit, tesseras iactauit, & mul-
ta acquisiuit. Cui cum prospere succederet,
& militi iam pecunia quam apponeret defu-
isset, iratus ait: Nunquid non diabolus tu-
es? Et ille. nunc satis est, appropinquat enim
tempus matutinum, oportet nos ire, tollens
que illum per rectum traxit, cuius viscera
regulis retrahentibus miserabiliter excussit,
Q 2 & quid

lib. 5.
cap. 36.

& quid de eius corpore factum sit, vel in
in locum illud proiecerit, vsq; hodie
lio eius quàm à cæteris qui illum non
ignoratur. mane vero viscerum eius re-
tegulis inhærentes repertæ sunt & in
terio sepultæ.

Thomas Cantipratensis in apiario scribit
inquit, li. 2. ca. 49. in quadam villa Cantiprati
vbi Iudæus cum Christiano sacra nocte
sceues in tesserarum ludo confedit. cum
dæus multam pecuniam perderet, & e-
impatientius turbaretur, tandem in Chris-
retorquens iniuriam, blasphemauit. Er-
cum ad iactandum hasardum tesseras
gisset, manus eius cum tesseris sit com-
Qui reprobo furore succensus, cum ipse
contracta mensam lusoriam percutere
retur, iterato in Christum & matrem
blasphemiam turpissimam euomens,
eueris terribiliter oculis cecidit & ca-
uit. Christianus vero collusor illius
nimio in amentiam versus elanguit &
miseram dira morte finiuit.

*LVXVRIA GRAVITER A DEO
punita.*

PROPTER hoc crimen diluio totius
Gen. 7. 21. perijt: Sodomæ igne & sulphure
Gen. 19. 25. consumptæ sunt. Eluionem, inquam,
2. rum in totum terrarum orbem & ab ipso
vi. summâ celo ignem & sulphur in quinque
Virt. & vit. caelo ignem & sulphur in quinque
Perald, 10. 2.

euocauit Deus ad hominum impuritates abo-
lendas. Nam istas ciuitates ob Veneris vsum
haud naturalem cum incolis (etiam infanti-
bus, brutis & terre nascentibus) cæli incendio
conflagrasse non solum Moyfes scribit, ve-
rum & vsq; in hodiernum diem eius rei vesti-
gia apparent. Nam arbores mari mortuo vi-
cinæ fructus proferunt, qui cum foris grata
specie blandiantur intus cinere & fauella ple-
ni sunt. Itaque nec Tacitus, Plinius, Solinus,
quamuis Ethnici fuerint, dubitant hæc loca
cælesti igne conflagrasse. Longe ab Hieroso-
lymis, inquit Solinus, tristis sinus panditur,
quem de cælo tactum testatur humus nigra,
& in cinerem soluta. Duo ibi oppida Sodo-
mum alterum, alterum Gomorrum, apud
quæ pomum gignitur quod habeat speciem
quidem maturitatis licet, manditamen non
potest. Nā fuliginem extrinsecus fauillaceam
a bitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ
verleui tactu pressa fumum exhalat & fatiscit
in vagum puluerem.

Ob luxuriam Hemor subito occisus, Si-
chem euerfa (Gen. 34. 26.) tota tribus Benia-
min ad interneconem deleta (Iud. 20. 48.):
Samson excæcatus (Iud. 16. 21.): Ammon à fra-
tre Absalone occisus (2. Reg. 13. 32.): Salomon
idololatra factus (3. Reg. 11. 4.): Saræ septem
mariti occisi (Tob. 3. 8.): Senes Susannæ accu-
satores lapidati (Dan. 13. 62.): Populi Israelitici
hominum 24. millia interfecti (Nu. 25. 9.).

Q 3 Flo

Beda, Iose-
phi li. 5. de
bel. Iud. c. 5

Ob libidi-
nem septē
dæmonia
Magdal. oc-
cuparunt
Marc. ult.
v. 9 Paulus
(1. Cor. 5.
v. 5) Cor-
inthium
incestuo-
sum Saræ
tradidit.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9. 10.

11. Florentius presbyter inuidens fallax
 Greg. 2. Ordinis S. Benedicti auspicijs, septem
 dial. c. 8. las nudas manibus confertis choreas ager
 in hortum monasterio eius vicinum immisit
 ut monachorum mentes ad peruersitatem
 Vi. epito- bidinis inflammarent. At Benedictus
 men Postil- laz P. Sche-
 laz P. Sche- renij in fe-
 sto S. Mag- tati cedendum ratus cum paucis fratribus
 dalepaz. iore suorum parte) locum deseruit. Quo
 Num. 34. Florentius stans in solario cognouit,
 Leu. 18. menter exultauit, sed confestim solarium
 Subira tee su suo hominem obtriuuit. Ita qui tum S. Be-
 sti ruina dicti vitæ per venenum tum discipulorum
 opprimi- pudicitia per obscenū spectaculum eximi-
 tur. molitus erat, repentina tecti ruina oppres-
 sū temporalem, tum eternā pertulit mortem.
12. Cum Episcopis Africanis Iustinianū
 9. dial. c. 32 faris æuo ab Ariano Vandalorum Regē
 fidei constantiam linguæ exsecta essent,
 cuo tamen ore integra verba formantes
 mabant: Ecce videte, linguas non habent
 & loquimur. Quorū vnus, inquit Greg. Ca-
 stantinopoli postea in luxuriam lapsus
 priuatus est dono mirabili, recto omni
 tis Dei iudicio, ut qui carnis continentiam
 glexerat seruare, sine lingua carnea non
 ret verba veritatis.
13. Pallad. in historia Lausiaca agens de
 Cap. 26. cario Alexandrino: Ego, inquit, ad cen-
 cessi aliquando, & extra cellam inueni
 tem quendam vici presbyterum cuius

ita erat exesum à morbo, qui dicitur cancer, ut etiam os totum appareret in vertice. is accessit ad ipsum (Macarium) ut curaretur, nec eum admittebat ad colloquium. Rogavi autem eum dicens: miserere huius miseri & saltem da ei responsum. is vero mihi respondit dicens: Est indignus qui curetur. Quod si velis eum curari, persuade ei, ut deinceps abstineat à ministerio sanctorum Sacramentorum. Ego autem ei dico. Quamobrem queso? is vero dicit: Fornicans sacrum peregit ministerium, & ideo castigatur. Nunc ergo si metu desistat ab eo quod ausus est facere per contemptum, Deus ipsum curabit. Cumq; spondisset se facturum, sanctus ei manus imposuit, & paucis diebus curatus est, capilliq; eius creuerunt, & sanus domum rediit.

D. B. Abbate Innocentio ait: Cum fuisset illustris in palatio inter magistratus Constantini imp. mundo renunciauit, profectus à matrimonio, in quo etiam habuit filium Paulum nomine domesticum, qui militabat. is cum peccasset in filiam presbyteri, imprecatus est proprio filio Innocentius Deum rogans & dicens: Domine da ei spiritum, ne amplius inueniat eius caro tempus peccandi: melius arbitratus eum pugnare cum demone quam cum intemperantia. Quod etiam factum est. Nam nunc quoq; adhuc est in monte oliuarum scenum gestans & castigatus à spiritu,

14.
ib. c. 103.

Q 4 Cum

25.

Impuden-
ti infamis
mois præ-
dicatur.

Cum S. Bernardinus Senis concionaretur, velletq; seruari, quod instituerat, vt suas haberent viri stationes separatas à fœminis, gra-ter reprehendit adolescentem quem lasciuia & curiositas in alienam partem transire vlexerat. Cum reprehensione parum proficere accensus zelo castitatis quam semper fecerat maximè, diuinam illi vindictam imminere prædixit. Nec aliter euenit, Anconæ enim non multo post publico & infami supplicio affectus est. Recte S. Nilus orat. 2. adu. v. Ad ignem potius ardentem quam ad modicam rem iuuenem iuuenis appropinqua. Nam si ignem accesseris dolore affectus resiliens, à fœminæ verbis incensus fueris, haud ita facile recedes. Florent olera prope sata, & libidinis semina mulierum familiaritate excitantur.

16.

lib. 4. dial.
c. 38.
Nota quan-
topere De-
us excre-
tur impu-
ritatem.

Auctor est S. Greg. diuitem quendam perbia tumidum, suæ carnis voluptatibus inditum, & in acquirendis rebus auaritiæ fa- bus accensum, tandem diuinitus grauissimo morbo fuisse oppressum, & cum iam extinguis viribus parum abesset à morte, ei apparuisse terribiles dæmonum formas, quorum le terrore consternatus elata voce exclamauit, vt omnes sibi opem ferrent, accurrerunt milia, accurrit filius vir religiosus, nihil illi dedit. At ille tamè pergit, cum grâdi pauore exanimatione insanire, & in omnes se peruersare, donec tandem nequicquâ clamans, inducias vsq; mane, inducias vsq; mane, retur.

vide in lo-
co de pe-
nit. exc. 3.
Inducias
quas petijt
nō accepit.

Anno Chr. 301. cum virgo Theophila in
 prostibulum traheretur à licitoribus, & iam
 ad probri & contumeliæ officinam violenter
 introduceretur, manus simul & oculos in cæ-
 lum tollens & miserabiliter adspiciens, mi
 Iesu, inquit, meus amor, mea lux, meus spiri-
 tus, meus custos castitatis & vitæ, vide eâ quæ
 est tibi desponsa, ne prodas me bestijs, ne lupi
 tuam pecudem lanient. Serua spõse sponsam,
 meam conserua castitatem fons castitatis, &c.
 Hæc orauit cum lacrymis, post eiciens id
 quod habebat in sinu (id autem erat sacrosan-
 ctum Euangelium) aperuit, & dat operam le-
 ctioni. vnus vero ex intemperantibus cæstro
 infano percitus ad eam ingreditur, qui aliqua-
 tisper quidem eam audiuit legentem. Cum au-
 tem iam prope esset à maximo metu inuadi-
 tur, & tremore valde agitatur, & humi pro-
 cumbit mortuus. & sic iacebat ad pedes Theo-
 philæ non spirans. Multæ horæ præterierant,
 & cum alijs visum esset quoniam non exhibat
 eum non posse satiari virgine, vbi alius quoq;
 ingreditur, ipse quoq; iam prope itans, lucis
 quidem quæ verbis exprimi non potest ful-
 gore illustratur, deinde eum à luce tenebræ
 excipiunt, & obtutu orbatus, querebat obiens
 non amplius virginem, sed quemadmodum
 citra offensionem exiret extra fores. Cum au-
 tem multi quidem talia passi essent, & nonul-
 li etiam magis horribilia nulli fuit amplius
 cordi ingredi. Sed etsi quis ingrediebatur,

Q 5

non

non ingrediebatur captus amore, sed solum
volens scire ea quæ & ad videndum erant ter-
ribilia, & ad dicendum alijs maxime admi-
bilia, puellam quidem honeste sedentem in
libro incumbentem, adolescentem autem
quendam prope eam stātem luce quidem in-
effabili, pulchritudine vero incredibili, ve-
ti quædam tela fulguris emittentem ex
oculis. Hæc postquam viderunt, & metu
riguerunt, & vix tandem, quis est sicut Chri-
stianorum Deus? exclamauerunt; & cum
non ferentes spectaculum, recte secum
putabant si fugerent & celeritate maxima
domo exhibant, omnes quidem obliuisci
illis, nonnulli autem etiam ipsa impietate
iurata.

Virgo di-
uinitus li-
beratur.

18.

De Prou.
Dei lib. 7.

Anno Chr. 409. Hispani ob impudiciam
de calice iræ Dei infelicissime potari me-
runt, cum VVandalis traditi sunt. Salu-
stianus Massiliensis (eiusdem ætatis) Episcopus per
tribus persecutus Gallorum scelera quibus
diuinam in se concitarunt indignationem
mox de Hispanis: Digna, ait, flagitiorum
tormenta tolerauerunt puritatis inimici. Ne
accessit hoc ad manifestandum illis impu-
dentiam damnationem vt VVandalis potest
mum, id est, pudicis barbaris traderentur.
Dupliciter in illa Hispanorum captiuitate
Deus ostendere voluit, quantum & odium
carnis libidinem, & diligeret castitatem, cum
& VVandalos ob solam maxime pudicitiam

illis superponeret, & Hispanos ob solam vel maxime impudicitiam subiugaret. Quid enim? Nunquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores quibus Hispania traderentur? multi absque dubio, imo (ni fallor) omnes: sed ideo infirmis hostibus cuncta tradidit, ut ostenderet non vires valere, sed causam, neque nos tunc ignavissimorum quorundam hostium fortitudine obrui, sed sola vitiorum nostrorum impuritate superari, &c. hæc Saluianus.

Vidua, ait August. in proposito continentia constitutam Celtichius quidam catechumenus iuuenis rapuit ut haberet uxorem. antequam concumberet, pressus somno, & territus somnio, Sitifensi Episcopo eandem vehementissime requirenti, reuocauit intactam, viuunt adhuc de quibus loquor, ille baptizatus & ipso in se facto miraculo conuersus ad Dominum ad Episcopatum mirabili probitate peruenit, illa in sancta viduitate persistit. Hæc Aug. ad Dulcietium de oct. quæst. c. 7.

S. Prosper Aquitanicus lib. 6. de Sacerdotio: Quædam ait, iuencula Araba natione ancillæ Dei habitum gestans, cum in balneo lauans (Carthagini) simulachrum quoddam Veneris impudicè respiceret, & seipsam, eiq; se cõsimilans domicilium se diabolo prebuit: Statim ille leo qui rugiens circuit quem

quære-

19.

20.

De pmissis
& prædic.
De idem.
temp. c. 6.
De arrepti-
tia & à dæ-
mone ob-
fessa virg.

quærebat inuenit. Meatus igitur gutturis huius occupans, nullum cibum nullumque potum traieciens, per 70. ferme dies totidem quædam dies ieiunium sibi diabolus ex capto poliofoque vase exhibuit. Hoc monstrum parietes puellæ per totidem dierum spatia autem posse sperantes, dum iuge malum ulterius tollerare non possunt simul cum filia se fecerunt sacerdoti, quæ acta erant fideliter imitantes (indicantes). Hoc tantum puella habebatur, auem quandam noctis medio apparere quæ sibi ore nescio quid infunderet. Sed post tunc inerat cunctis videre puellam in indicijs diuturni ieiunij fœdatam, nullo dolore seu tabe vel debilitate confectam, quæ potius robustam succo viscerum, mole membrorum. Cumque incredibilia videretur quæ dicebantur, habito consilio in monasterio puellarum, in quo reliquæ S. Stephani sitæ sunt, Sacerdos puellam simul & Præpositum commendauit. illic prima tantum die paruissæ illam auem asseruit, sibiq; increpato quod, neq; fame neq; siti compulsa, illum peteret locum quo sibi accedere non liceret. Per duas hebdomadas nihil cibi vel potus sumens in monasterio mansit. Accidit autem ut quintus decimus Dominicus illud haberet dies, ascendente nobiscum sacerdote, ut tutinum illic sacrificium solito offerret. Puellam Præpositus ad altare perduxit, et celsu & habitu quo solent rubore perfusa

epulis poculisq; mulieres aduenire. Sed vt se illa prostravit altari, clamore fletus sui cunctis astantibus gemitus lacrymasq; induxit, quibus tantum malum auferendum praesens plebs Dominum exorabat, erat enim iam indecens murmur in populo.

Peraeto itaque sacrificio cum eadem inter caeteras breuem particulam corporis Domini tinctam a sacerdote perciperet, semihora mandens traicere non valuit, nondum illo fugato de quo dicit Apostolus: Quae conso- *1. Cor. 10.*
nantia Christi ad Belial? & iterum. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem da- *2. Cor. 6.*
moniorum. manu igitur faciem eius sustentante sacerdote, ne sanctum proijceret, a quodam Diacono suggestum est, vt calicem salutarem gutturi eius Pontifex applicaret, quod factum est statim vt locum illum, quem diabolus obsederat, Saluatoris imperio reliquit. sacramentum quod ore gestabat, cum laude Redemptoris transglutisse puella clamauit. Hinc laetitia, hinc voces in gloriam Dei quod post 80. & duos dies diabolo expulso puella de potestate fuerit eruta inimici. Oblatio igitur rursus gratiarum actionis pro ea fit, sacrificijq; percipiens certam partem prisco est reddita vsui. Tunc etiam dum haec aguntur, spiritu diuino actus Diaconus, eiusdem tituli statuam illam sublatam cofregit in puluerem omnemq; in hidiantis astutiam superauit diuina maiestas.

Loz-

21. Longinus Zenonis imp. germanus pater
 vi. locum nutu Dei exsoluit (anno Christi 498) iunctis
 de liberta- um turpitudinum. quibus, teste Suida, dicitur
 te Religio- tus sacra profanaque simul foedauerat. De
 nis. à Prisco Comite captus, ait Marcellinus
 In Chron. Constantinopolim missus est catenatus
 Spureissi- agentem circumductus, Anastasio Princeps
 mi Logini spectante populo, ingens spectaculum
 miseradus varijsq; deinde cruciatibus apud Niczanam
 exitus. thyniæ ciuitatem expensus est.

22. Vdo Archiepiscopus Magdeburgensis
 Annales & cte in summa æde à quodam Canonico
 Cætur. in precibus pernoctante visus est diuino
 Magdeb. dicio listi, & propter supra & libidinis
 mortem temporalem & æternam conde-
 nari, & post sententiam latam verè caput
 mittere, & cæruice abscissa informis
 cus iacere, peractoque supplicio cæruis
 quo neci adiudicatus erat ex oculis euansit.
 Ac ne quis spectrum euanium, cui nihil ve-
 ritatis subesset, hanc visionem existimaret
 maculæ quædam sanguinis inelutibiles in
 uimento vbi obtruncari videbatur reli-
 sunt, ipseque mane in lecto mortuus in-
 tus est. Cumque alias hæc pauimentum
 aulae tegatur, semper in noui Episcopi in-
 Vdo con- guratione retegatur, vt is tam iniustitiam
 temperat hanc Dei maduersionis monumentum inspiciens
 vocem: fac moneatur Dei timorem & pietatem non
 sinem ludo punè contemni. Bredenb. lib. 8. sacr. coll.
 quia iustiti cap. 15. refert hanc historiam prolixè
 satis Vdo.

tro de Palude (in Thesauro homil.) Naucle-
ro (chron. vol. 2. gen. 34.) Canisio (lib. 5. ca. 20.
operis Mariani) Fulg (li. 9. c. 12.) Lycosth. (li.
12. Theatri) & alijs, contigit saeculo 10.

Paulus Iouius Alexandrum Medicem Flo- 23.
rentiae ducem idcirco miserabiliter à cogna-
to suo Laurentio in somnis interfectum esse,
ait, quia pro nihilo ducebat Virgines sacras
nefario concubitu polluere.

Onan filius Iudæ cum grauissimum cri- 24.
men admitteret Deo ultore subito è vita sub- Nota has
latus est. Idcirco, ait Scriptura Gen. 38. per- repentinas
cussit eum Dominus quod rem detestabilem mortes libi
faceret (semen suum in terram funderet seu dino foru.
impurè se pollueret). Cornelium Balbum, 25. 26.
& Q. Eterium Plinius in flagitio morte op- lib. 7. ca. 55.
pressos scribit. Pindarum Poëtam similiter lib. 9. c. 10.
obiisse vult Fabius. idem de Speulippo Pla- 27. 28. 29.
tonico Tertullianus affirmat, de Tarentino 30.
quodam principe Petrus Damianus.

Plutarchus de sera numinis vindicta scri- 31.
bit legatos ciuitatis Spartanæ cum Leuctris
Beotiae apud quendam Scedasum hospita-
rentur filias eius virgines primum stuprasse,
ac deinde interfectas in puteum deiecisse. Pa-
tre vero Scedaso de tam atroci iniuria apud
Ephoros querente, non fuisse auditam eius que-
rimoniam, itaq; cū aliter se vlcisci nō posset,
diras Reip. Spartanę imprecatur esse. Post mul-
tos demū annos Cleombrotum Regem Spar-
tæ eodem loco quo illud facinus designatum
erat.

erat. cum Thebanis paucissimis acie decem-
tem cecidisse, ac tanta clade affectos Lau-
monios vt ex illo tempore nunquam
recuperare potuerint.

32. **Bencius in**
annalibus
pro uinciae
Lusitaniae.

Olisipone in Lusitania virginem
dam perditus perditē deperibat adole-
scens. captata occasione in eius conclaue armis
irrupit, solam forte inuenit, amorem
tur, orat, miscet precibus dona, in omni-
tem versat puellae animum. Quam ubi
natam videt, ferrum è latere deripit, clamore
defert in pudicum pectus, additque ma-
ter, hoc ego aut vitam tibi extorquebo,
consensum. mori mihi inquit, illa mihi
praestat, simulque cum implorasset opem
stissimae virginis sexum audacia mutat. In-
portunum latronem domo exigit, ierone-
moris furore & poena diuinitus inflata, ter-
ro, per summos cruciatus se mori vociferan-
tem. Non multos post dies sanato utcumque
vulnere non autem morbo, quam vehemen-
ter ulciscatur Deus expugnatores pudicitiae
malo coactus didicit ipse, & suo alios docuit
exemplo. Cum enim ad virginem iterum
perrepisset & aduersus aspernantem proci-
piti adiecisset minas, eaque iterum propitiū
Dei matrem clarissima voce inuocasset, tunc
tibi nouo memorabilique prodigio iuuenis
grauissime vulneratus, oculisque caligine offu-
sis cubiculo pedem effert. moxque necessitas
sacramentorum subsidijs destitutus, repenti-
na morte temeritatem luit.

In Austria anno 1591. Nobilis quidam impuro eoq; magno & furori proximo distinebatur amore. Leuicula correptus febris cum iaceret noctu lecto affixus ante se videre visus rhedam flammiferam, subiectumq; equum flagrantem igne: tum rhedarius, informe monstrum, tetrumq;, atq; ipso (vtar verbo ipsius) malo dæmone truculentius, quo nil terribilius mortalium timori est. Quid cessas, inquit? quin conscendis currum dignum promeritis tuis? horruit miser subito pauore defixus, tandem recepto animo corripit gladium proximum lecto, vibratq; vt subueniatur interim magna voce domesticos inclamans, trepidi accurrunt famuli domusq; tota, sopore discusso: quin etiam exciti vicini nonnulli quærentes clamoris causam, dein prætexentes impositum fuisse auribus oculisq;que formidini alleuandæ. Verum cum fremeret adhuc, esse in conspectu, nec finiretur metus, insinuarer se potius in pectora aliorum, in tempesta licet nocte venit ad Collegium, mittuntur duo qui aqua lustrali, crucis ligno, & in cera consecrata imagine agni timorem tantisper leniunt, dum affirmaret, æger dæmonem abscelisse in præsens minaci vultu, sæuæq; iræ manifestum: detestis deinde peccatis turpi perinde amore quam tristi animum terrore liberauit.

Iuuenis profligatus ac perditus, cum nec parentum admonitu innouare se vellet ad honesta

R

nelta

33.

Bencius in
annal Soc.
Iesu.
Dele. disq.
mag. lib. 6.
c. 2. l. 3. q. 3.
Futere de-
sijt terrore
diuinitus
inaculso.

Vis Con-
fessionis.
vi. in loco
de Pœnit.
ex. 7.

34.

Benc. in an-
nal. an. 1588

Bonif. lib. nestatem vitæ, in nocturnis tenebris post
4.6.11. pitum & fragorē ingētem videre visus dra-
 nem horribili specie, & statim perterritus
 mat ad astantem, fer opem; Draco diductis
 faucibus mihi interitū minatur: Mariam mo-
 nitu astantis cum inuocasset diffugit tandem
 spectrum, audita vox vt abijceret sarcinam
 peccatorum, adiret Societ. Iesu patres, de tota
 vita consilium daturus.

35. Siffridus presbyter in Chronico suo narra-
Delr. disq. rat, anno 1260. accidisse vt adolescens quor-
mag lib.3. dam in Misnia, vt suis potiretur ambrosiis
p.1.9.1. Mago in locum ædium desertum deducere
Fuge ama- tur, cui cum spectrum puellæ illius quam
torias in- mabat imagine per malefici incantationes
cantatio- obtulisset, amator ille perditus manu
nes & phil- porrigens à malo dæmone parietibus ad-
tra. ditur, & miserabilem in modum necatur, quod
 eius quoque cadauer tanto in magum impetu
 proiecit, vt semianimis longo tempore la-
 cuerit.

Delrius lib.3. disquis. mag part.1. quasi
 in Flandriæ, ait, comitatu Prioratus est. Tunc
 ibi nomine tenus monachi degebant, reges
 neones, & concubinarij, sua cuiq; erat, nec pa-
 dor vllus aderat, simul helluarij & libidina-
 rij quadam die in seram noctem competi-
 tione protracta, vnus qui minus sceleratus
 Sat ait, Baccho ventrique datum, Deo gra-
 tias saltem. Ego vero, subinfert alius proci-
 or, cacodæmoni gratias ago, & agendas cetera

cui operamur. Et cum risu mensa relicta, ru-
unt in cubilia singuli cum scorto. Vix decu-
buerant, ecce tibi in triclinium vi ianua rese-
rata, dæmon magni, atri, & trucis viri specie,
habitu venatorio, & cum eo cocis duo paruuli
obambulat & lectos circumspicit toruo vul-
tu. deinde horrenda voce, vbi qui mihi gratias
egit? adsum, referam. lecto abstrahit pauitan-
tem, & ferme præ metu animam efflantem,
traditum cocis iubet infigi veru, & luculento
igne probè assari. parent promptè, assatur in-
felix, emoritur planissime, ceteri fere præ for-
midine, assu corporis nidore cubiculum im-
pletur. Demum venator ad superstites sub
stragulis trepidantes vix viuos: digni vos e-
tiam (ait) pari supplicio, nec deest volun-
tas mihi. Vetur vi maiore, inuitus ab eo &
moneo: resipiscite, aut manent terribilio-
ra. Disparent laruæ, nec tamen his alijs a-
nimus redijt vel vox, nisi clara iam luce,
vbi surrexere, collegam inueniunt mortu-
um, & (ne visum inane putes) plene assum.
Haud scio an ab aliquot sæculis quidquam
ad exemplum vtilius acciderit: scio lo-
cum & ordinem, sed vtrumque silentio in-
voluo.

In Morinis vir Nobilis Erkimbaldu de
Borban quem Comitem vocat Cantipraten-
sis lecto affixus intellexit à nepote (filium a-
lij contendunt) vi Virgini vitium oblatum.

R 2

Do

37.

Delr. disq.
mag. l. 4 c.
4. 9. 3 Can-
tipr. li. 2. c.
36. par. 6.

Fulgos li. I
c. 6. sed me
lius Cæsa-
rius lib. 9.
c. 38.

Domini hæredem nemo accusare, multo mi-
nus punire audebat. Quid faceret æger? iusti-
tiam negligat? gladium illi in vindictam ma-
lorum Deus tradiderat, nepotem qui occidit
non reperitur. Si faciat ipse? fraude opus est
parricida vocabitur. vocabor, inquit, sed ab
hominib⁹, carnifex futurus sanguinis mei, sed
iustus vltor, sed iustitiæ defensor in oculis do-
mini. an quia nepos, non nocens? succedere
carebo, prouidebit Dominus cui seruo, cui-
us gloriæ affectus meos postpono, sic anima
tus pugionem abscondit sub cervicali, vocat
nepotem, tanquam vltima ei monita & man-
data daturus. venit adolescens quinto post die
placatum sperans auunculum. accedit, post-
lantis capiti aurem admouet, ille pro osculo
pugionem condit in gutture, nec desinit pro-
mere, donec videt exhalasse. Hanc accipe vi-
ctimam iustitiæ Deus, addit, tibi immolatum
Scis quæ in animo & visceribus meis doloris
magnitudo obuersans lancinet paternum a-
morem, sed vicit amor tui. Paulo post vires
cernens deficere obit exomologesin, tacet de
cæde nepotis quæ in ore omnium recens, que-
rit Episcopus silentij causam. Si oblitus, nunc
saltem nunc se accuset & animo poeniteat? re-
spódit Burbathus, se iustam credere, & quod
meritorium putet id nolle infectum. Episco-
pus eius pertinacia detestata (sic putabat) re-
dit ad templum, de via reuocat æger. Tum ad
redeunti: vt, Pater, quam diuersa Dei sint de
homi-

hominum iudicia intelligant, qui tecum præfentes, aperi (quæso) hierothecam in qua pignus salutis asseruatum adfers. Recludit ille nec hostiam reperit. Hanc admiranti æger se in ore mediatore angelo datâ, ostendit habere. Historia notissima est toti Belgio, non elegantis modo & accurati artificij picturis vetustissimis in Bruxellensi ciuica domo exornata, sed etiam hystoriarum monumentis cõtestata.

Hector Boëthius Scotorum res describens lib. 8. in Marrea regione testatur se ab ijs qui conspexerant accepisse quod eius verbis, ait Delrius adscribam, puella natalibus altis. forma conspicua, complurium nobilium auersata connubium in nefandam cum dæmone incidit consuetudinem, quæ cum vterum ferret parentum rigore coacta edere stupratorem, adolescentem mira pulchritudine frequentius secum noctu, interdum nonnunquam, conuenisse, vnde venisset, quouè abiisset, nescire se respondit. Parentes tametsi filiæ parum crederent, accuratius rem aduertentes, consilio quis esset qui gnatæ expugnasset pudicitiam explorandi, cognito, tertio post die indice ancilla stupratorem adesse reclusis foribz, accëso thedarum ingenti numero cubiculum ingressi, horrendum monstrum, figura supra humanam existimationem terribili in filiæ amplexibus sunt conspicati. Cucurrere ocyus cõplures ad fœdum excitati spectaculum,

R 3 inter

38.

Delr. disq.
mag. li. 6.
c. 2. q. 3. f. 3.
vbi & refert
ex Horatij
Tursellini
hystoriæ
Lauretanae
scriptoris
li. 4. c. 33. li.
bid. inoli a
dolescentis
defectione
à Christo :

inter eos sacerdos probata vitæ, sacre disciplina non ignarus, cæteris aut trepidè abentibus, aut pauore terræ illis, cum Christi Apostoli Ioannis Euangelij initium recitatoris ad eum locum: VERBUM CARO FACTVM EST, perduxisset, malus dæmon horrendo sublato clamore cubiculi tecum secum asportans, omni supellectili incensabit. Fæmina periculo seruata, enixa est monstrum vnde quaque scædum aspectu, quæ nusquam antea, vt ferunt, inter nostrates sum. id obstetrices, ne obseruatum contumelia esset familiæ, accensa ingenti pyra citissime concremarunt.

39.

Quia Otto III. Imp. contra consilia S. Herberti Archiepiscopi Coloniensis (vt scribitur) caueret ab vxore sibi rebellantis & ideo puniti Crescentij deceptus pulchritudine) iunxit sibi nobilem Romanam fæminam quæ fuerat Crescentij vxor, in quem dire scæuterat, illa iam ex amatorijs pollicitationibus animo concepisset se ab eo in vxorem ducendam ad dicendam imperatricem, post vero videtur se deceptam, vltionis stimulis hæc agitata molitur imperatori necem, venenum parat, chlorothecis infundit quas ei quasi pignus amoris dedit, quibus ille incautus vsus morbo lethali confectus extinguitur. Non considerauit implacabile esse solere genus fæmine vt vindictam expetat, & dolosum vt dissimulare sciat, & quod dum blanditur venenata

Baron. an.
Chr. 1002.
ex Rupertio
Tuit. apud
Sur. tom. 2
die 16.
Martij.

Syr. 32. omnia
faciunt
cõsilio, &c

Leo Ostiensis
scribit
imp. impudice
câsus
esse abusum.

paret. Cæca mens illecebris feminae semel
capta, vt Samsoni accidit, cum lumine pri-
uatur & viribus, eneruata languescens in te-
nebris, ferreis vinc̄ta compedibus iacet, do-
nec ipse vt bos ad victimam ducatur infelix
ad necem.

Quia Henricus III. Imper. contamina- 40.
tissimis erat moribus (Quanta enim turpitu-
dinis fuerit narrant illorum temporum scri-
ptores Dodechinus, Marianus Scotus, Lam-
bertus Schafenburgensis, &c.) à Gregorio 7.
excommunicatus est & imperio priuatus cir-
citer annum 1077. quocirca filius ipsius Hen-
ricus III. arma aduersus patrem mouit, inlig-
nibusq; ipsum & augustali dignitate spoliavit,
qui ab omnibus deslitutus miserime deces-
sit, & annos quinque eius corpus iacuit inse-
pultum.

Quia Regina Assyriorum Semiramis filij 41.
concupitum ausa fuit appetere, ab ipso fuit
interfecta. Iustin. lib. 1.

Abdias lib. 5. histor. Apostolicæ ait: Mor- 42.
tua Drusiana (Christiana & castissima vxore
Andronici quem etiam ad obseruatiã pro-
uocauerat castitatis, coniugij copulam mentis
solum charitate seruans) Atque sepulchro il-
lata cum in mortuam adhuc Callimachus (gê-
tilis adolescens apud Ephesios) deperiret
(quam viuam de illicito amore compellarat,
R 4 qua

qua procaci interpellatione ipsa offensa pro-
 mœrore obijt) Procuratorem Andronici pro-
 cio corrumpit, vt sibi tumultum in quo Drusi-
 na condita erat, referaret, corporisq; adama-
 copiam faceret. Quod vbi procliuẽ tandem
 impetrauit, tentabat illicitum nefas corpori
 inferre defuncto in quod nõ repentino quo-
 dam motu, sed furiosa quadam meditationis
 amentia latus, Etsi viua, inquit, coitus nolui-
 sti mecum subire consortium, mortuæ enim
 tibi tamen irrogabo iniuriam. itaq; adhibito
 flagitij procuratore, adolescens furens cum
 sepulchrum fuisset ingressus, corpus primo
 inuolutum panis exuere cœpit. Subiecit Pro-
 curator sceleris immanis: Quid profecisti in-
 felix Drusiana, negando viua quod mortua
 sustinebis? ita sermone pariter atq; opere ge-
 minabatur scelus. Et cum iam sublati pro-
 pe omnibus exuijs sepulturæ, solum genita-
 lis partis superesset velamen, commixtionem
 illicitam molitur immani iuuenis libidine
 furens. Et ecce subito incertum vnde, ingens
 serpens occurrit, cuius vno saucius mortu,
 sed magis diro furentis terrore percussus,
 corruit iuuenis, ita vt veneni frigore subito
 omnis eius vis euanuerit, supra quem sta-
 tim serpens lapsum ascendens
 quiescebat.

Horredum
 scelus.

Immensus
 serpens cu-
 bat supra
 corpus
 mortui
 Callima-
 chi.